

EXPOSITIO  
B. HUMBERTI

V. GENERALIS MAGISTRI SACRI  
Ordinis Prædicatòrum super Regulam B. Au-  
gustini Episcopi, cum Epistolâ ejusdem in  
tria essentialia Religionis vota: necnon Trac-  
tu vitæ spiritualis S. Vincentij Ferrerij: ad  
eorum instructionem, qui mundo nuntium re-  
mittentes, Christo sub tali Regulâ eligūt  
militare, quàm maximè necessaria.

SANCTO LUDOVICO BERT RANDO  
optimo Novitiorum Magistro dig-  
nissimè consecrata.

*Qui virgâ, ac urédine eorū crimina plectens:  
Omnibus est datus exemplar, sic norma Mag.*

\*\*\*

Annò

\*\*\*



\*\*\*

175

\*\*\*



Vallis. Olet. typis dat. in Bonæ Mortis Typogr.

# COLENDISSIMIS IN CHRISTO

Patribus, ac in eò impensè dilectis

Fratribus, sub Regulâ Magni P.

nostri Augustini Deo

militantibus.

## S. P.

ERICULI res plena pretiositas.

Id ei semper imminere dignosci-

tur, ut, cum avidius quæritur,

in venta citius depereat, & absu-

matur. Summò in pretiò habita

sunt ubique egregia super Regu-

lam Mag. Ecclesiæ Doctoris D.

Augustini commentaria à vene-

rabili Humbertò de Romanis V. Ordinis Prædi-

catorum Generali Magistrò amplissimâ venustate,

lectissimâque eruditione edita: Unde nihil gra-

tius, nihil delectabilius ejusdem Professoribus, ac

omnibus rerum æquis estimatoribus, quam ea

nocturnâ versare manu, & diurnâ: evenit hoc

inde dolendum, ut, & si pluries facta juris publi-

ci fuerint exemplaria: in aliquò eorum invenien-

dò cassa langueretur vel acutior diligentia. Ut pri-

mum igitur superiorum jussu laboriosum, appri-

diós , utrâque manu pro dexterâ utentes , quibus  
refecetis vitia, quibus conglomerata profligetis,  
prosternatis que inimicorû agmina: Imitatores esto  
te Patris N. Dominici, qui *mundum calcans sub pe-  
dibus, manum misit ad fortia, nudus occurrens  
hostibus, Christi suffultus gratiâ.* In hym. Letantes  
preliate pralia Domini cum Machabaô , ut vobis  
emeritis inditum obumbret in Siôn nomen Israëli:  
fraternitatem diligite , ea , que pacis sunt , sectan-  
tes invicem , & Deus pacis, cum in pace factus  
sit locus ejus, erit vobiscum. Valete tandem Patres  
optimi, dilectissimi Fratres , meque orationibus  
vestris Commendatum habeatis, demississime queſo:  
è S. Pauli Vallis-Oletanô Conventu die septimâ  
Maij Coronę Domini Sacrâ annô 1752.

Obsequio vestro ex totô corde devinctus

*Fr. Franciscus Conde,  
Magister Novitiôrum.*

---

LICENCIA DE N. M. R. P. PROVINCIAL.

**E**L MAESTRO FRAY EUGENIO BASUAL  
do, Predicador de su Magestad , y Prior  
Provincial de la Provincia de España, Orden  
de Predicadores: por la presente, y authoridad ce  
mi Oficio , doy licencia al *R. P. Fr. Francisco  
Conde, Maestro de Novicios de nuestro Convento*  
de

de San Pablo de Valladolid, para que pueda reimprimir la Exposicion de la Regla de N. P. San Agustin, por el V. Humberto: precediendo la censura, y aprobacion de los MM. RR. PP. Maestros Fray Pedro Monedero, Ex-provincial de esta nuestra Provincia, y Prior actual de nuestro Convento de San Pablo de Valladolid: y Fray Joseph Escudero Alvarado, Calificador del Santo Oficio de la Inquisicion, y Cathedratico de Santo Thomàs en la Universidad de Valladolid, à quienes cometo su aprobacion, y guardando en todo lo dispuesto por los Sagrados Canones, y pragmàticas de estos Reynos, à cerca de la Impresion de libros. En fee de lo qual, di la presente, firmada de nuestro nombre, y sellada con el sello menor de nuestro oficio, y refrendada de nuestro Compañero, y Secretario, en nuestro Convento de Santo Domingo de Ocaña, y Diciembre 18. de 1751.

*Fr. Eugenio de Basualdo,*  
Prior Provincial.

Por mandado de su P. M. R.

*Fr. Juan Perez,*  
Mro. Comp. y Secret.

EXA

EXPOSITIO

B. HUMBERTI  
SUPER REGULAM

B. AUGUSTINI.

CAPITULUM PRIMUM.



IRIS Religiosis non modicum expedit, ut clare intelligant totam sententiam Regulæ, sub quâ vivunt, ut sciant ad quid teneantur ex obligatione professione contractâ. Expedit etiam, ut advertant, quæ rationabiliter sunt in eâ tradita, ut ex his majorem habeant devotionem ad illam. Insuper quoniam multum prodest eis, ut considerent utilitatem eorum, quæ continentur in eâ, ut libentius ea observent.

¶ Proinde, cum Regula Beati Augustini contineat quædam obscura, & quædam valde rationabiliter ordinata, quæ multi non solent advertere, quoniam multa etiam eorum, quæ continentur in eâ, immo fere omnia sunt perutilia, exposi-